

1390. mēdis Februarij.

Ex Orig. arch. Regni.

295.

Wladislaus Dux Opoliensis Dobriginensem
terram donavit Alexandro Duci Kiernovien
ad vitam ejus.

86

Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, su:
premusque princeps Lithuaniae, et heres Rus:
siae, tenore presentium profitemur universis.
Quod illustris princeps Dominus Ladislaus Dux
Opoliensis frater noster carissimus de sua
gratia speciali donavit et dedit serenissimo
principi Domino Alexandro Duci Kiernoviaeque fra:
tri nostro uterino, terram Dobriginensem, cum
omnibus et singulis utilitatibus et fructibus
quibuscunque censeantur nominibus Duntaxat
censibus pecuniaribus civitatum et villarum
exemptis, quos Dominus Ladislaus sibi pro suis
usibus reservavit, tali tamen conditione, quod
si dictum dominum Ducem Alexandrum de
hoc seculo quod absit migrare contigeret, ex:
tunc dicta terra Dobrigen' eo jure ad di:
ctum Dominum Ducem Ladislaum vel ad
ipsius consanguineos et propinquiores redire
debet, et eam in tuitionem ipsorum reci:
pere possunt viceversa. In quorum testi:
monium sigillum nostrum presentibus est
appensum. Datum in Kameuicz Die Sabatho
post festum Scolasticae virginis, presentibus
fidelibus nostris Domino Barthusio de We:
sinburg, Domino Cristino de Kozegloff, Domi:
no Straschone de Belaczaw, Domino Kustra
de Kraisaw, Domino Suennischo de Szemlaw
Domino

Domino Kreslao Sandomiriensi, et alijs plu:
ribus fide dignis.

Ta Kopia przepisana z Oryginalu par:
gaminowego Dnia Osmego miesiaca
Lipca. Roku Panskiego 1785. u Kto:
rego Dotu na Zawiasce pergaminu:
wey wisi pieczęć. ~